

2291

C O D I C E S

2292

DCVII.

- ¹³⁷ Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 220. f. nitide scriptus, rubroque distinctus hoc gaudet titulo: *Incipit tractatus de septem Vicijs capitalibus Et primo de peccato lingue.* Sed fallit hic promissor; Tractatus enim de Peccato Linguae omnium ultimus est, ut mox adparet; nam sequitur: *Tractatus iste continet nouem partes. Prima pars continet de bijs. que valent ad detestationem vicij in communi. Secunda pars continet de vitio gule. Tertia pars continet de vitio luxurie. Quarta de auaritia. Quinta de accidia. Sexta de superbia. Septima de inuidia. Octaua de ira. Nona de peccato lingue.* Succedunt Summaria Capitum, et initium Operis: *Incipit tractatus moralis de 7 vicijs capitalibus Et primo de gule. Dicitur de singulis vicijs cum opportunitas se offert &c. Extrema: ultimo ad commendationem silentij potest valere illud sapientis Locutum esse aliquando penituit tacere nunquam &c. Explicat summa de vicijs et modis qua-*

Sit simplex. humilis. confessio pura. fidelis &c.

Ita sequuntur XXIV. Genera hominum, qui falsificant fidem. VII. que disponunt hominem ad suspensionem spiritus sancti. X. Modi, quibus committitur Luxuria. IX. pene inferni. VII. vices detractionis &c. Atque omnia haec in *Tabellas* disposita, Praedicatoribusque illius aevi, qui dicenda

liter possint et debeant caueri et uitari. Licet Codices mf. utilis hujus Operis plerumque ἀδεσποροι sint, certum tamen est, pertinere illud ad *Guilelmum* seu *Wilhelmum Peraldum*, alias de *Peyrauta*, de *Peraut*, de *Petralt* Gallum Ord. Praed. qui Sec. XIII. etiam *Summam de Virtutibus* reliquit. Utraque Summa primis ab inventa Typographia annis saepius impressa titulum *Episcopi Lugdunensis Guilelmo* defert, quem tamen illi negat *Quetifus Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 132.* Confer *Codd. praecedd.*

DCVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. ²⁹⁵ XV. Folior. 51. f. Doctrinam variam de *Virtutibus*, *Vitiis* et *Officiis* Hominis christiani, aut Religiosi συνοπτικως ad certos numeros redactam complectitur. Initium est: *Nota de qualitate confessionis. Qualis autem debeat esse confessio a Magistris in bijs uersibus continetur.*

minutatim partiebantur, peropportuna, hodie nullius usus.

DCIX.

Codex membraneus lat. Sec. 743 XI. Folior. 103. 8. luculente quamvis non una manu perscriptus complectitur: I. *Hincmari* celebris